

ET DEFECTIONEM FACIENTES FUERUNT IN MEDIO EUS, vel, et *seditionem facere solent in medio ejus*. A DIEBUS SEculi, id est, ab omni ævo.

VERS. 16. — PORTIO, quæ tibi debetur ab iis qui sunt in *trans flumen*, vel potius, *nullam hereditatem*, sive possessionem in regione quæ est *ultra Euphratem, habiturus es*. Per regionem quæ est *ultra flumen*, intelligit terram Israel, et quam annis ille Euphrates separabat ab imperio Babylonico, ut dictum est supra versu decimo.

VERS. 17. — VERRUM, id est, responsum; q. d., respondit rex ad epistolam supradictam. IN SAMERAIN, id est, in urbibus provincie Samarie. SELAM, sub. *misit*, inquam, id est, misit epistolam quâ dicebat illis *salutem*. Et CHEHETH, id est, et *secundum tempus*, sub. *presens*. Vide not. ad v. 10. Et CHEHETH, id est, et ad populum, qui dicebatur *Cheheth*, per contractionem. Paulô superius, v. 10, integrè ponitur *Cheheth*.

VERS. 18. — MANIFESTÈ LECTA EST, vel, *exposita*, id est, explicata et lecta fuit.

VERS. 19. — POSITUM EST DECRETUM, vel *lata est sententia*, id est, ego à vobis admonitus, statui ac decrevi, sub. *quod legerentur historice*. ET QUÆSERUNT, vel, et *scrutati sunt*. Sub. *historias*. ELEVATUR, id est, elevari solet. Et REBELLO, etc., vel, et *defectio sit, fieri solet ab habitantibus in eâ*. (1)

Chaldeorum nempe, quibus in hoc amplum imperium Persæ successerunt. (Calmet.)

(1) VERS. 19. — A DIEBUS ANTIQVIS ADVERSUM

CAPUT V.

1. Prophetaverunt autem Aggæus propheta et Zacharias filius Addo, prophetae ad Judeos, qui erant in Judæa et Jerusalem, in nomine Dei Israel.

2. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, et Josue filius Josedec, et cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, et cum eis prophetae Dei adjuvantes.

3. In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans flumen, et Stharbazanai, et consiliiarii eorum: sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium, ut domum hanc ædificaretis, et muros ejus instauraretis?

4. Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius.

5. Oculi autem Dei eorum factus est

VERS. 20. — VECTIGAL, ET REDITUS ANNUUS. Vide hæc paulô supra, versu 15.

VERS. 21. — POSITÈ EDICTUM, UT CESSENT VIRI ILLI, vel *ponite statutum, decretum, id est, statute, sive decernite ut cessare faciant, vel faciatis homines illos*. PRÆCEPTUM, vel, *decretum, statutum*, sub. *Aliud, id est, donec à me aliter statutum fuerit*. Gallicè: *Jusqu'à ce que par nous il en ait été autrement ordonné*.

VERS. 22. — ET CAUTI ESTOTE NE ERRORUM, etc., id est, videte ne erretis in hoc. CAESRET CORREPTIO, etc., vel *multiplicabitur destructio; detrimentum: damnum in perniciem regum? sub. vestra culpa, si id permittatis*.

VERS. 23. — ET SOCIIS EORUM, vel, et *societate turnâ sodalitiâ eorum*. BRACHIO, ET ROBORE. Id est, vi et exercitu; vel, vi et armis.

VERS. 24. — CESSAVIT, id est, intermissum fuit. ET CESSAVIT, id est, et fuit intermissum, inquam. USQUE AD ANNUM SECUNDEM DARIAYES REGIS PARAS. Id est, Darii Hystaspis filii, nempe ad annum mundi 3485. Vide quæ notavimus ad v. 7, sup. (1)

REGES REBELLAT. Defectionem appellant justos conatus regum Judaëorum pro libertate sive tuenda, sive labante jam confirmanda, sive restituenda deperditâ. (Calmet.)

(1) VERS. 24. — TUNC INTERMISSUM EST OPUS DOMUS DOMINI USQUE AD ANNUM REGNI DARIÏ. Plusquam sibi permitteretur, Judaici nominis osores sibi usurpârunt: cavebat enim tantummodo edictum, ne urbs restitueretur: *Prohibeatis viros illos, ut urbs illa non ædificetur: at verò illi templi ædificium pariter impeditèrè*. (Calmet.)

CHAPITRE V.

1. Cependant les prophètes Aggée et Zacharie, fils d'Addo, prophétisèrent au nom du Dieu d'Israël aux Juifs qui étaient en Judée et dans Jérusalem.

2. Alors Zorobabel fils de Salathiel et Josué fils de Josedec commencèrent de nouveau à bâtir le temple de Dieu à Jérusalem. Les prophètes de Dieu étaient avec eux, et les aidèrent.

3. En ce même temps Thathanai, qui était gouverneur au-delà du fleuve, Stharbazanai et leurs conseillers vinrent à eux, et leur dirent: Qui vous a conseillé de rebâtir ce temple et de rétablir ses murailles?

4. Nous leur répondimes en leur déclarant les noms de ceux qui nous avaient conseillé de travailler à ce bâtiment.

5. Or l'œil de leur Dieu regarda favorable-

super senes Judeorum, et non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad Darium referretur, et tunc satisfacerent adversus accusationem illam.

6. Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai, dux regionis trans flumen, et Stharbazanai, et consiliatores ejus, Arphasachæi, qui erant trans flumen, ad Darium regem.

7. Sermo quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis.

8. Notum sit regi, Isse nos ad Judæam provinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter exstruitur, et crescit in manibus eorum.

9. Interrogavimus ergo senes illos, et ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem ut domum hanc ædificaretis, et muros hos instauraretis?

10. Sed et nomina eorum quæsimus ad eis, ut nuntiaremus tibi, scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis.

11. Hujusce modi autem sermonem responderunt nobis dicentes: Nos sumus servi Dei cœli et terræ, et ædificamus templum, quod erat exstructum ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificaverat et exstruxerat.

12. Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hanc destruxit, et populum ejus transtulit in Babylonem.

13. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum, ut domus Dei hæc ædificaretur.

14. Nam et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Jerusalem, et asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, et data sunt Sassabasar vocabulo, quem et principem constituit.

15. Dixitque ei: Hæc vasa tolle, et vade, et pone ea in templo quod est in

s. s. xii.

ment les anciens des Juifs; et ces gens ne purent les empêcher de bâtir. Et il fut arrêté que l'affaire serait rapportée à Darius, et que les Juifs répondraient devant lui à l'accusation qu'on formait contre eux.

6. Voici la lettre que Thathanai, chef des provinces d'au-delà du fleuve, et Stharbazanai et leurs conseillers les Arphasachéens, qui étaient au-delà du fleuve, envoyèrent au roi Darius.

7. Le rapport qu'ils lui envoyèrent était écrit en ces termes: Au roi Darius, paix et toute sorte de prospérité.

8. Que le roi sache que nous avons été dans la province de Juda, dans la maison du grand Dieu qu'on bâtit de pierres non polies, mettant la charpente sur les murailles; et cet ouvrage se fait avec ardeur et s'avance entre leurs mains.

9. Nous avons interrogé les anciens, et nous leur avons parlé ainsi: Qui vous a donné le pouvoir de rebâtir cette maison et de rétablir ces murailles?

10. Nous leur avons aussi demandé leurs noms pour pouvoir vous les rapporter; et nous avons écrit le nom de ceux qui sont les premiers d'entre eux.

11. Ils nous ont répondu en ces termes à la demande que nous leur avons faite: Nous sommes serviteurs du Dieu du ciel et de la terre; nous rebâtissons le temple qui subsistait il y a bien des années, ayant été fondé et bâti par un grand roi d'Israël.

12. Mais nos pères ayant provoqué la colère du Dieu du ciel, il les livra entre les mains de Nabuchodonosor, le Chaldéen, roi de Babylone. Il détruisit aussi cette maison, et transféra à Babylone le peuple de cette ville.

13. Mais Cyrus, roi de Babylone, la première année de son règne, fit un édit pour rétablir cette maison de Dieu.

14. Et même il tira du temple de Babylone les vases d'or et d'argent du temple de Dieu, lesquels Nabuchodonosor avait fait transporter du temple de Jérusalem au temple de Babylone; et ces vases furent donnés à un nommé Sassabasar, que le roi établit chef des Israélites;

15. Et il lui dit: Prenez ces vases, et allez, et mettez-les dans le temple qui était à Jérusalem.

5

Jerusalem, et domus Dei ædificetur in loco suo.

16. Tunc itaque Sassabasar ille venit, et posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, et ex eo tempore usque nunc ædificatur, et necdum completum est.

17. Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrumnam à Cyro rege jussum fuerit, ut ædificaretur domus Dei in Jerusalem, et voluntatem regis super hæc re mittat ad nos.

salem; et que la maison de Dieu soit rebâtie en son lieu.

16. Alors Sassabasar vint à Jérusalem, et y jeta les fondemens du temple de Dieu. Depuis ce temps-là on a toujours travaillé à cet édifice, et il n'est pas encore achevé.

17. Maintenant donc, s'il semble bon au roi, que l'on recherche dans la bibliothèque du roi qui est à Babylone, s'il est vrai que le roi Cyrus ait ordonné par son édit que la maison de Dieu fût rebâtie à Jérusalem; et que le roi nous déclare sa volonté à ce sujet

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

Et prophetavit Chaggai propheta, et Zechariah filius Hiddo propheta, qui erant in Jehudæa et in Jerusalem in nomine Dei Israel super eos. — 2. Tunc surrexerunt Zerubbabel filius Scalthiel, et Jesuah filius Josadach, et coeperunt edificare domum Dei quæ est in Jerusalem, et cum eis erant prophetae Dei auxiliantes eis. — 3. In illo tempore venit ad eos Tattenai dux eorum qui erant trans flumen, et Setharbozenai, et socii eorum, et sic dixerunt eis: Quis posuit vobis præceptum, ut domum hanc ædificaretis, et muros istos fundaretis? — 4. Tunc aditæc hujusmodi diximus eis: Quæ sunt nomina virorum qui hoc ædificium ædificant? — 5. Et oculus Dei eorum fuit super senes Jehudæorum, et non cessare fecerunt eos, donec res ad Dariaves pergeret, et tunc responderent per epistolam super his. — 6. Exemplar epistolæ, quam misit Tattenai dux eorum qui erant trans flumen, et Setharbozenai, et socii ejus, Apharsechaie qui erant trans flumen ad Dariaves regem. — 7. Verbum miserunt ad eum, et juxta hoc scriptum erat in medio ejus: Dariaves regi pax omnis. — 8. Notum sit regi, quod vivimus in Jehudæam provinciam ad domum Dei magni, et ipsa ædificatur lapide impolito, et ligna ponuntur in parietibus, et opus ipsum festinanter fit, et prosperatur in manibus eorum. — 9. Tunc interrogavimus seniores illos, hujusmodi diximus eis: Quis posuit vobis præceptum, ut domum hanc ædificaretis, et parietes hos fundaretis? — 10. Et etiam de nominibus eorum interrogavimus eos, ut notificarem tibi, ut scriberemus nomina virorum qui sunt duces eorum. — 11. Et ejusmodi verbum responderunt nobis, dicendo: Nos sumus servi Dei cæli et terræ, et reædificamus domum, quæ fuit ædificata ante hos annos multos; et rex Israel magnus ædificavit eam, et fundavit eam. — 12. Verumtamen ex quo provocaverunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manu Nebuchadnesar regis Babel Chaldaei, et domum hanc destruxit, et populum ejus transmigrare fecit in Babel. — 13. Verumtamen anno primo Chores regis Babel, Chores rex posuit edictum, ut domus Dei hæc ædificaretur. — 14. Et etiam vasa domus Dei aurea et argentea, quæ Nebuchadnesar eduxerat de templo quod est in Jerusalem, et tulerat in templum Babel, eduxit Chores rex de templo Babel, et data sunt ipsi Seshasar nomen ejus, quem duces constituerat. — 15. Dixitque ei: Hæc vasa tolle, vade, deferre fac ea in templum quod est in Jerusalem, et domus Dei ædificetur in loco suo. — 16. Tunc Seshasar ille venit, posuit fundamenta domus Dei quæ est in Jerusalem, et ex eo tempore usque ad hoc tempus ædificatur, et non est perfecta. — 17. Et nunc si regi bonum est, quaeratur in domo thesaurorum regis quæ est in Babel, an sit à Chores rege positum edictum, ut ædificaretur domus Dei hanc, quæ est in Jerusalem, et voluntatem regis super hoc mittat ad nos.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CHAGGAI PROPHETA, ET ZECHARIAH. Illi sunt duo de prophetis minoribus. FILIUS HIDDO, id est, nepos: nam filius erat Barachia filii Hiddo, Zachar. 1, 1. SUPER EOS, id est, qui erat cum eis. AFFABANTUR enim Spiritu Dei. Alii: Quod invocatum erat super eos.

VERS. 2. — SURREXERUNT, moti scilicet ad

hortationibus prophetarum. FILIUS, id est nepos (1).

(1) VERS. 2. — TUNC SURREXERUNT ZOROBABEL ET JOSUE, ET COEPERUNT EDIFICARE TEMPLUM DEI, hortantibus præsertim Aggeo et Zecharia. Arguerat etiam segnitium illorum Aggeus, viro illis vertens, quod abiecit templi ædificandi curâ, studium quisque suum convertit-

VERS. 3. — DUX, vel, PROEX (1). ET SOCII EORUM, vel, ET SODALES EORUM. PRÆCEPTUM, vel, DECRETUM, STATUTUM, EDICTUM, id est: Quisnam statuit ac præcepit, vel cuius potestate atque edicto freti, ædificatis hoc templum? Nullus recens datus erat Judæis concessus ædificandi; sed jusserrat illud Deus per suos prophetas. ET MURUS. Singularis numeri est vox Chaldaea, et proprie robur significat; accipitur tamen pro muris, quod robur urbis partim sit in moenibus. FUNDARETIS? vel, PERFICERETIS?

set ad privataram ædium constructionem Hierosolymis. Intermissio ædificio manus iterum admota est anno secundo Darii filii Hytastis. Ex totius narrationis serie colligere est, Judæos novâ facilitate urgendi operis domos non fuisse. Post Artaxerxis decessum patavimus, exactionem ab illo factam desiisse, suoque robori restitutam esse datam sibi antea à Cyro facultatem, quare se ædificio non interdicere; neque enim aliud obijciunt ministris regis sciscitantibus, quâ id auctoritate gererent, quâ faciam sibi primitis à Cyro potestatem. Regnum Artaxerxis, vel Oropasti perinde habebatur ac usurpatio tyrannica; et fortasse nihil, quod ab illo sanctum fuerat, ratum ac firmum esse passisunt.

Docent Rabbini, Assuerum, de quo in capite 4, v. 8, uxorem duxisse Estherem Darii matrem, qui à matre religionem Judaicam eductus, facultatem Judæis concesserit sacrum ædificum promovendi. Hæc tamen opinio nullam fidem meretur. Josephus et auctor tertii libri Esdrae rem aliter narrat. Zorobabel, qui à Cyro missus Hierosolymam venerat, cernens opus templi molimine adversariorum Judæi nominis jacere, Babylonem reversus est. Eo veniens, pristinum munus custodis regii corporis recepit. Cum autem contigisset, ut Darius, exceptis convivio regni optimatibus, cubitum abiret, Zorobabel ejusque socii, regii corporis custodes duo, disceptandum sibi proposuerunt, quid esset inter homines validissimum. Primus vinum prætulit; alter regem; Zorobabel ait, mulieres quidem validissimas, sed validiorem esse veritatem. Sententiam quisque suam scripsit, scriptamque schedam pulvini cubantis regis supponebant. Experiret Darius schedas legit, convocavitque optimates, ut tres socios disputantes auscultaret. Peroravit unusquisque suo loco, sententiam suam argumentis defendens: sed amulus superavit Zorobabeli iudicio totius cordis, obtinuitque à rege facultatem redeundi domum, ac templum resituerendi. Vide dissertationem nostram in duos postremos libros Esdrae. (Calmet.)

(1) VERS. 3. — THATHANAI, QUI ERAT DUX TRANS FLUMEN. Præfectus provinciarum eis Euphratem, quæ imperio Persarum parebant. Præfectura hæc complectebatur Syriam, Arabiam desertam, Phœniciam, Samaritan, aliasque provincias Darii subditas. Porrò hic artibus adversariorum Judæi nominis deceptus fuisse non videtur: cæ se moderatione gessit, ut ostendit, agere se omnia pro debito munere sui, quo jubebatur regem monere de

VERS. 4. — TUNC. Verba sunt Tattenai et sociorum ejus; inducit enim auctor libri eos adhuc loquentes. Tattenai videtur esse nomen officii; vide dicta ad 2 Reg. 18, 17, de Tharthan (1).

VERS. 5. — OCVLUS. Intelligit providentiam et favorem Dei. ET NON CESSARE FECERUNT EOS, id est, propterea non potuerunt tantum efficere, ut illi intermitterent opus tantisper, dum negotium referretur ad Darium (2).

omnibus quæ in subditis sibi provinciis agebantur. (Calmet.)

(1) VERS. 4. — AD QUOD RESPONDIMUS EIS. QUÆ ESSENT NOMINA AUCTORUM ÆDIFICACIONIS ILLIUS. Zorobabel et Josue duces se præbuerunt et auctores moliminis, suaque nomina cum principum populi dederunt. Poterat etiam Aggeus et Zechariam prophetas, aliosque ex optimatibus nominare. Textus ad litteram: Tunc hoc pacto diximus eis: Quæ ipsa nomina virorum, qui hoc ædificum ædificabunt? Sequitur hic interrogatio Thathanai et sociorum; Zorobabilem ceterosque Judæos rogantium, quibus hortatoribus aggressi fuissent ædificum, quodque illis nomen esset. Ex epistolis eorum ad Darium, ambo hæc separatim postulasse videntur. Vide v. 9, 10. Thathanai appellatur in textu Thathenai, idque nomen esse dignitatis potius quam proprium hominis credimus. Alii etiam Tharthan, vel Thathan in historia occurrunt. Vide 4 Reg. 18, 17; Isa. 20, 1. Sepnaginta, Syrus et Arabs legunt: Responderunt eis, pro, respondimus eis. Quid Judæi responderint, inculcatis habes inferius, v. 11, 12 et seqq. (Calmet.)

(2) VERS. 5. — OCVLUS DEI FACTUS EST SUPER SENES JUDÆORUM. Ad litteram: Oculi Dei factus est super eos, qui redierunt à captivitate; quæ phrasi exprimi solet favor propitii Numini erga suos: Oculi Domini super justos, ait Psalmus 35, 16, et in Psalmo 32, 18: Oculi Domini super misericordiam eorum, et in eis, qui sperant super misericordiam ejus. Auctor Ecclesiastici 34, 15: Oculi Dei in diligentiam se, et psalmus 10, 5: Oculi ejus in pauperem respiciunt; et psalmus 16, 2: Oculi tui videant acquitatos. Hic utique est genuinus hujus loci sensus; sæpè tamen hæc phrasi innuitur furor et indignatio. Oculi tui in me, ait Job. 7, 8, et non subsistam. Et capite 24, 23: Oculi ejus (Domini) sunt in viis illius (peccatoris). Et Amos 9, 8: Oculi Domini Dei super regnum peccans, et conteram illud à facie terræ.

PLACITIQUE, UT RES AD DARIUM REFERRETUR, ET TUNC SATISFACERENT ADVERSUS ACCUSACIONEM ILLAM. Pressior Hebræus: Non cessare fecerunt eos, donec placitum ad Darium pergeret, et rediret epistola super hoc. (Calmet.)

VERS. 5. — OCVLUS AUTEM DEI, q. d. DIVINE PROVIDENTIÆ, gratiæ et favoris (hujus enim signum et symbolum est oculus benignus, quo Deus Indæos respexit) erga Judæos opus fuit, quod ipse Thathanai præfecto hæc mentem iniecerit, ut non impediret templi urbisque fabricam, licet necdum completum esset Darium, in quo scribere appositum Darii ad utilitatem Judæorum, ac Darii lectis ejus litteris concesserit templum restaurari. Nullus enim hostium

VERS. 7. — *Verbum*, id est, epistolam. Et Juxta hoc scriptum erat in medio ejus, sub. epistolæ. Pax omnis, id est, salutem plurimam dicunt.

Judeis se opponebat, ac Darius in Judæos fuit benevolus operâ Zorobabell, qui erat alicuius Darii.

Nota. S. Scriptura Deo dat oculos, aures, brachia, pedes non verè et propriè, ut voluerunt Anthropomorphite, censentes Deum habere corpus (quod etiam sensisse videtur Tertull., licet eum excuset Pamelius), teste S. Epiphani. et S. August. in eorum hæresi, sed metaphoricè, ut humano captui se accommodet, ac per humanas actiones et membra Dei attributa significet, scilicet per oculos, quod omnia videat; per aures, quod omnia audiat; per brachia, quod omnia possit; per pedes, quod sit summè sublimis, constans et æternus. Ita S. Eucherius de Formulâ spiritali, cap. 2. (Corn. à Lap.)

Or, l'œil de Dieu regarda favorablement les anciens des Juifs, et ces gens ne purent les empêcher de bâtir, etc. On peut remarquer ici avec un auteur l'artifice de l'ennemi du peuple de Dieu. Ceux qui s'étaient opposés de toutes leurs forces à l'édifice du temple de Jérusalem, demeurèrent en repos et ne causèrent aucun trouble aux Juifs, lorsqu'ils les virent appliqués à se bâtir de magnifiques maisons, et indifférents pour les choses qui regardaient le culte divin et l'exercice de la vraie Religion. Au contraire, dans l'instant que Dieu parla à son peuple par ses prophètes, pour le réveiller de cet assoupissement, et qu'il lui eut inspiré de s'élever au-dessus de toutes les craintes humaines pour lui rendre ce qu'ils lui devaient, en recommençant à bâtir son temple, les officiers du roi des Perses, qui commandaient au-delà de l'Euphrate, vinrent les troubler dans leurs desseins. Cependant, comme ceux-ci paraissaient mieux disposés à l'égard des Juifs que ne l'avaient été ceux de Samarie, ils n'usèrent point de violence à leur égard, mais se contentèrent de leur demander qui leur avait donné le pouvoir de bâtir le temple, et qui étaient ceux qui le leur avaient conseillé. Car le prince qui leur avait fait défense de travailler à ce temple étant mort alors, et un autre, qui était Darius, ayant pris sa place, il semble que ces officiers n'avaient pas dessein formellement de s'opposer à ce saint ouvrage, mais plutôt de s'assurer, comme ils le firent, de la véritable disposition du roi sur cela, afin qu'ent informés de sa volonté, ils eussent droit de la faire exécuter.

Lors donc qu'il est dit ici que l'œil de Dieu regarda favorablement les anciens des Juifs, et que ces gens ne purent les empêcher de bâtir, on peut entendre par là que les officiers du roi Darius, ne connaissant point encore la volonté de leur maître, auraient bien voulu que les Juifs eussent suris l'ouvrage du temple, jusqu'à ce qu'ils eussent écrit à la cour de Perse, et reçu la réponse du roi. Mais Dieu, qui avait d'abord parlé à son peuple par ses prophètes pour les engager à reprendre cet ouvrage de piété, les affermit de nouveau

VERS. 8. — *Lapide imposito*. Alii, *marmoreo*, vel, *magno*. Alii, *lapide convolendo*. LIGNA PONUNTUR IN PARIETIBUS; id est, parietes teguntur tabulis ligneis, hoc est, cedrinis. Vide not. ad 1 Reg. 6, 56 (1).

VERS. 9. — *QUIS POSUIT VOBIS PRÆCEPTUM?* Vide hæc paulo supra, v. 3 et 4.

VERS. 10. — *ET ETIAM DE NOMINIBUS EORUM INTERROGAVIMUS EOS*. Præterea nomina sua petimus ab eis. QUI SUNT DUCES EORUM, id est, qui in capite eorum, id est, qui præerant illis.

VERS. 11. — *ET EUSCEMEDI VERBUM RESPONDERUNT NOBIS*, a. v., et sic verbum reddiderunt nobis. REX ISRAEL MAGNUS, etc., id est, Salomon potentissimus, vel opulentus. *EDIFICAVIT, etc.*, vel, *edificaverat et consummaverat*, sive perleverat eam.

pour ne le point interrompre. C'est cette assistance toute divine, par laquelle les anciens des Juifs se sentirent encouragés, que l'Écriture nomme un regard favorable de l'œil de Dieu: car c'est en nous regardant favorablement de cet œil divin de sa grâce, qu'il nous soutient contre tous nos ennemis, et nous en rend victorieux.

Le courage de ces Juifs fortifiés intérieurement par ce regard favorable de l'œil de Dieu, fut donc plus puissant que la crainte de la colère du roi de Perse, parce que lorsque Dieu regarde de cette sorte ses serviteurs, ils ne voient plus et n'écoutent plus ce que leur peut suggérer la crainte des hommes. On l'a vu principalement dans les martyrs, qui semblaient être devenus également sourds aux menaces des persécuteurs, et indifférents à tous leurs supplices. Attachés uniquement à cet œil de Dieu qui les regardait, à la voix intérieure de la vérité qui leur parlait, et qui enivrait divinement leurs âmes, ils souffraient tout dans une paix étonnante, songant seulement à achever dans eux-mêmes l'édifice spirituel du temple de Dieu par la destruction de ce corps de mort que les bourreaux déchiraient, selon cette parole de saint Paul: *Si terrestria domus nostra dissolvatur, adificationem eo Deo habemus.* (Sacy.)

VERS. 6. — *STRABAZANAI, ET CONSILIATORES EJUS ARPHASACHÆI*. Utrum Strabazanai nomen hominis sit, an alicuius ex gentibus, quæ Salmanasar in Syriam misit, ignoramus. Noti sunt ex Herodoto et Stephano Busei in Mediâ: ex his fortè Busei, vel Buseis originem traxit *Sethar*; nisi nomen id esse dignitatis arbitremur, in satrapæ appellatione comprehensum. Arphasachæi recensentur inter gentes ab Asenaphro missas, de quibus in capite præcedenti, v. 9. Eisdem credimus Perso-Sythas. (Calmet.)

(1) VERS. 8. — *EDIFICATUR LAPIDE IMPOLITO*. Septuaginta: *Lapidibus electis*.

LIGNA PONUNTUR IN PARIETIBUS. In structura muri tribus ordinibus lapidum addi consuevit alterum è trabibus, opinamur. (Calmet.)

VERS. 12. — *CHALDÆI*, id est, qui regnabat in Chaldæa. *TRANSMIGRARE FECIT*, id est, transiit.

VERS. 13. — *UT DOMUS DEI, etc.*, vel, *UT DOMUM DEI HANC EDIFICARENT*; sub. *Judæi* (1).

VERS. 14. — *EDUXERAT*, vel, *extulerat*, translulerat. *ET TULERAT*, id est, et asportaverat, vel, *deferenda jusserat*. *DUCEM*, sub. *transmigrationis*, id est, eorum qui de captivitate Babilonica revertentur in Jerusalem ac Judæam.

VERS. 15. — *VADE, DEFERRE FAC*, vel, *proficiscere, depone*, id est, colloca, sive constitui. *Sine conjunctione verba*; q. d. citò transfer illa in templum. *IN LOCO SUO*, id est, ubi antea fuerat (2).

(1) VERS. 13. — *CYRUS REX PROPOSITO EDICTUM*, quo templi restitutionem permittebat. Nequiquam contra antenitibus adversariis, jus sibi concessum priore edicto templum edificandi minime negligendum censuerit Judæi; neque enim constabat sive revocatum fuisset, vel etiam revocari posse, cum edicta regum Persarum semel de consilio optimatum proposita semper vigerent. (Calmet.)

(2) VERS. 15. — *HÆC VASA TOLLE, ET VADE, ET PONE EA IN TEMPIO, QUOD EST IN JERUSALEM, ET DOMUS DEI EDIFICATA*. Est hysteronproteron, sive ordo preposterus: prius enim erat edificanda domus Dei sive templum, antequam in ea vasa à Chaldæis ablata reponi possent; ita Cajet., aut certè per templum intellige locum, et gazophylacium vicinum templo jam exusto; in hoc enim interebantur et servabantur vasa et dona templi. (Corn. à Lap.)

VERS. 16. — *EX EO TEMPORE USQUE NUNC EDIFICATUR*. *Ægri credimus*, hæc respondisse Zorobabell et principes Israelis Hathanai scoticæ, cum palam omnibus esset, templi edificium intermissum diu jam esse. Id tamen facile de suo adjeperunt regis ministri, vel illud significabant, Judæos nunquam cessasse ab aliquo saltem levissimo opere, etiam regis jussionibus prohibitis.

SASSABASAR POSUIT FUNDAMENTA TEMPLI. Jam superius, 4, 8, animadvertimus, Sassabasarum Hierosolymæ præfectorâ donatum à Cyro fuisse, ut Judæos præteritos moderaretur. Jecit ille templi fundamenta, utpote primus inter ministros regis, qui restitutionem ejus edificii imperaverat. (Calmet.)

Depuis ce temps-là, on a toujours travaillé à cet édifice, et il n'est pas encore achevé. Il parait de plus en plus que les officiers étaient favorables au dessein des Juifs, et qu'ils voulaient principalement se mettre à couvert du

CAPUT VI.

1. Tunc Darius rex præcepit, et recensuerunt in bibliothecâ librorum qui erant repositi in Babylone.

2. Et inventum est in Ecbatani, quod

VERS. 17. — *SI REGI BONUM, id est, si regi videatur, aut placuerit*. IN DOMO THESAURORUM. Vide in primo versu sequentis capituli. AN SIR A CHORES, id est, itane res habeat quod, etc. *UT EDIFICARET*, sub. *Judæi*, id est, de extruendâ, sive instaurandâ ædè. *ET VOLUNTATEM REGIS*. Antecedens pro relativo; id est, voluntatem suam super hæc rex mittat ad nos.

reproche qu'on eût pu leur faire, s'ils n'eussent point averti la cour de ce qui se passait en Judée: car, outre que dans la lettre qu'ils écrivirent au roi de Perse, ils témoignèrent leur vénération pour le Seigneur le Dieu d'Israël, en nommant son temple la maison du grand Dieu, ce que des païens n'avaient pas accoutumé de faire, eux qui étaient d'ordinaire aussi opposés à la religion du vrai Dieu, qu'attachés aveuglément aux superstitions du paganisme, ils y disent tout ce qui pouvait paraître plus favorable aux desseins des Juifs. Ils rapportent que le sentiment de ce peuple était que ce même temple qui les relâchait n'avait été détruit par Nabuchodonosor, qu'à cause de leurs péchés qui leur avaient attiré la colère du Dieu du ciel; que s'ils avaient entrepris de le rebâtir, c'avait été en suivant les ordres du roi Cyrus, et que depuis ce temps-là, on avait toujours travaillé à cet édifice. Or ils ne pouvaient ignorer que le prédécesseur du roi Darius n'eût fait interrompre ce travail, puisqu'ils ne lui écrivaient eux-mêmes qu'après avoir su que les Juifs avaient de nouveau recommencé à y travailler. Lors donc qu'ils disent au roi qu'on a toujours travaillé depuis ce temps-là à cet édifice, ils veulent visiblement lui rendre la chose plus favorable, et lui faisant voir que les Juifs ne travaillaient au temple de Jérusalem qu'en exécution des ordres du roi Cyrus, qui avait rendu pour cela la liberté à tous les captifs, ils s'abs-tiennent, au contraire, de lui parler de la défense que leur avait faite son prédécesseur d'en continuer le bâtiment.

Héroux les princes dont les ministres, semblables à ceux de ce roi, s'acquittent de telle sorte de leur ministère, que sans manquer à ce qu'ils doivent à leur maître, ils favorisent en même temps de tout leur pouvoir ce qui peut contribuer et à la gloire de Dieu et à l'avantage de ses serviteurs! Il est vrai que ces officiers auraient dû ne pas user de mensonge pour servir les Juifs, puisqu'il n'est jamais permis de mentir pour procurer même l'avantage de la religion, dont toute la gloire et toute la force consiste dans la vérité. Mais si l'on pouvait blâmer ce mensonge officieux dans les infidèles, que dira-t-on de ces mensonges cruels et meurtriers que les ennemis de la piété ont employés dans tous les siècles pour accabler l'innocence des plus justes? (Sacy.)

CHAPITRE VI.

1. Alors, d'après l'ordre du roi Darius, on fit des recherches dans la bibliothèque des livres qui étaient à Babylone,

2. Et il se trouva à Ecbatane, qui est un

est castrum in Medenâ provinciâ, voluminum unum, talisque scriptus erat in eo commentarius :

3. Anno primo Cyri regis : Cyrus rex decrevit, ut domus Dei edificaretur, quæ est in Jerusalem, in loco ubi immolent hostias, et ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, et latitudinem cubitorum sexaginta :

4. Ordines de lapidibus impolitissimis, et sic ordines de lignis novis : sumptus autem de domo regis dabuntur.

5. Sed et vasa templi Dei aurea et argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, et attulerat ea in Babylonem, reddantur et referantur in templum in Jerusalem in locum suum, quæ et posita sunt in templo Dei.

6. Nunc ergo Thathanai dux regionis quæ est trans flumen, Stharbazanai, et consilarii vestri Apharsachai, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis.

7. Et dimittite fieri templum Dei illud à duce Judæorum, et à senioribus eorum, ut domum Dei illam ædificent in loco suo.

8. Sed et à me præceptum est, quid oporteat fieri à presbyteris Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet ut de arca regis, id est, de tributis, quæ dantur de regione trans flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus.

9. Quòd si necesse fuerit, et vitulos, et agnos, et hædos, in holocaustum Deo cœli, frumentum, sal, vinum et oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Jerusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia,

10. Et offerant oblationes Deo cœli, oriente pro vitâ regis et filiorum ejus.

11. À me ergo positum est decretum : Ut omnis homo qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, et erigatur et configatur in eo, domus autem ejus publicetur.

12. Deus autem qui habitare fecit nomen suum tibi, dissipet omnia regna, et populum qui extenderit manum suam, ut repugnet et dissipet domum Dei illam

château de la province de Médie, un volume où était écrit ce mémoire :

3. La première année du règne du roi Cyrus : Le roi Cyrus a ordonné que la maison de Dieu qui est à Jérusalem fût rebâtie dans le lieu où elle était pour y offrir des hosties, et qu'on en posât les fondements qui pussent porter un édifice de soixante coudées de haut et de soixante coudées de large ;

4. Qu'il y eût trois étages de pierres non polies, et autant de rangs de bois tout neuf, et que l'argent pour cette dépense fût fourni de la maison du roi ;

5. Que l'on rendit aussi les vases d'or et d'argent du temple de Dieu, que Nabuchodonosor avait transportés du temple de Jérusalem à Babylone, et qu'ils fussent reportés dans ce temple, au même lieu où ils avaient été autrefois placés dans le temple de Dieu.

6. Maintenant donc, vous, Thathanai, chef du pays qui est au-delà du fleuve, Stharbazanai, et vous, Apharsachéens leurs conseillers, qui demeurez au-delà du fleuve, retirez-vous loin des Juifs ;

7. Et n'empêchez point le chef de ces Juifs et leurs anciens de travailler au temple de Dieu, et de bâtir sa maison dans le même lieu où elle était.

8. J'ai ordonné aussi de quelle manière on doit en user envers les anciens des Juifs pour rebâtir cette maison de Dieu ; savoir que de l'épargne du roi et des tributs qui se lèvent sur le pays au-delà du fleuve, on leur fournisse avec soin tout ce qui sera nécessaire pour les frais, afin que l'œuvre ne soit pas arrêtée.

9. Que s'il est nécessaire, on leur donne chaque jour des veaux, des agneaux et des chevreux pour les offrir en holocauste au Dieu du ciel, le froment, le sel, le vin et l'huile, selon les cérémonies des prêtres qui sont à Jérusalem, sans qu'on leur laisse aucun sujet de se plaindre,

10. Afin qu'ils offrent des sacrifices au Dieu du ciel, et qu'ils prient pour la vie du roi et de ses enfants.

11. Ce décret a donc été porté par moi. Si quelqu'un contrevient à cet édit, qu'on tire une pièce de bois de sa maison, qu'on la plante en terre, qu'on l'y attache, et que sa maison soit confiscuée.

12. Que le Dieu qui a établi son nom en ce lieu-là dissipe tous les royaumes et extermine le peuple qui étendra sa main pour s'opposer à sa volonté et pour ruiner cette maison qui

quæ est in Jerusalem. Ego Darius statui decretum, quòd studiosè impleri volo.

13. Igitur Thathanai dux regionis trans flumen, et Stharbazanai, et consilarii ejus, secundum quòd præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt.

14. Seniores autem Judæorum edificabant et prosperabantur, juxta prophetiam Aggæi propheta, et Zachariæ filii Addo : et edificaverunt, et construxerunt, jubente Deo Israel, et jubente Cyro, et Dario, et Artaxerxe, régibus Persarum.

15. Et compleverunt domum Dei istam, usque ad diem mensis adar, qui est annus sextus regni Darii regis.

16. Fecerunt autem filii Israel, sacerdotes et Levitæ, et reliqui filiorum transmigratorum, dedicationem domus Dei in gaudio.

17. Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, juxta numerum tribuum Israel.

18. Et staturerunt sacerdotes in ordinibus suis et Levitas in vicibus suis, super opera Dei in Jerusalem, sicut scriptum est in libro Moysi.

19. Fecerunt autem filii Israel transmigratorum, pascua, quartâ decimâ die mensis primi.

20. Purificati enim fuerant sacerdotes et Levitæ, quasi unus : omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigratorum, et fratribus suis sacerdotibus, et sibi.

21. Et comederunt filii Israel, qui reversi fuerant de transmigratore, et omnes qui se separaverant à coinquinatione gentium terræ ad eos, ut quaererent Dominum Deum Israel.

22. Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitiâ, quoniam lætificaverat eos Dominus, et converterat cor regis Assur ad eos, ut adjuvaret magis eorum in opere domus Domini Dei Israel.

est dans Jérusalem. Moi Darius j'ai fait cet édit, et je veux qu'il soit exécuté très-exactement.

13. Thathanai, gouverneur des provinces au-delà du fleuve, Stharbazanai et leurs conseillers exécutèrent donc avec un grand soin tout ce que le roi Darius avait ordonné.

14. Cependant les anciens des Juifs continuaient de bâtir ; et tout leur succédait heureusement, selon la prophétie d'Aggée et de Zacharie, fils d'Addo. Ils travaillaient à cet édifice par le commandement du Dieu d'Israël et par l'ordre de Cyrus, de Darius et d'Artaxerxès, rois de Perse,

15. Et ils achevèrent la maison de Dieu le troisième jour du mois d'adar, la sixième année du règne du roi Darius.

16. Alors les enfants d'Israël, les prêtres et les Levites, et tous les autres qui étaient revenus de captivité, firent la dédicace de la maison de Dieu avec de grandes réjouissances.

17. Et ils offrirent pour cette dédicace de la maison de Dieu cent veaux, deux cents bœufs, quatre cents agneaux, deux boucs pour le péché de tout Israël, selon le nombre des tribus d'Israël.

18. Et ils établirent les prêtres en leurs ordres et les Levites en leur rang sur toutes les œuvres de Dieu dans Jérusalem, selon qu'il est écrit dans le livre de Moïse.

19. Les enfants d'Israël qui étaient revenus de captivité, célébrèrent la pâque le quatorzième jour du premier mois.

20. Car les prêtres et les Levites s'étaient tous purifiés comme s'ils n'eussent été qu'un seul homme ; et, étant tous purs, ils immolèrent la pâque pour tous les Israélites revenus de captivité, pour les prêtres leurs frères et pour eux-mêmes.

21. Les enfants d'Israël qui étaient retournés après la captivité mangèrent la pâque avec tous ceux qui, s'étant séparés de la corruption des peuples du pays, s'étaient joints à eux pour chercher le Seigneur Dieu d'Israël ;

22. Et ils célébrèrent la fête solennelle des pains sans levain pendant sept jours avec grande réjouissance, parce que le Seigneur les avait comblés de joie, et avait tourné vers eux le cœur du roi d'Assyrie, afin qu'il les favorisât de son assistance pour pouvoir rebâtir la maison du Seigneur Dieu d'Israël.

1. Tunc Dariavus rex posuit præceptum, et quæserunt in domo librorum thesaurorum, qui positi erant ibi in Babel. — 2. Et inventum est in scrinio scripturarum (lagenâ quæ erat) in palatio, quod erat in Madai provinciâ volumen unum, et sic scriptum erat intrinsicis memoriale. — 3. Anno primo Chores regis, Chores rex posuit edictum, ut domus Dei quæ est in Jerusalem domus edificaretur, quæ est locus in quo immolant victimas, parietes ejus colligarentur. Altitudo ejus cubitorum sexaginta: latitudo ejus cubitorum sexaginta. — 4. Parietes, ex lapidibus marmoreis tres, et paries interior è lignis novis, et sumptus de domo regis dabitur. — 5. Et etiam vasa domus Dei aurea et argentea, quæ Nebuchadnesar eduxerat è templo quod erat in Jerusalem, et detulerat in Babel, reddant et vadant ad templum, quod est in Jerusalem ad locum suum, et descendere facias (descendant) in domum Dei. — 6. Nunc Tattenai dux eorum qui sunt trans flumen, Setharbozenai, et socii eorum, Apharsechate, qui estis trans flumen, longinqum estote inde. — 7. Dimitte ut fiat domus Dei hujus à duce Jehudæorum, et senioribus Jehudæorum: domus Dei hæc edificabitur in loco suo. — 8. Et à me positum est edictum illi, quod facietis cum senioribus Jehudæorum istorum, in ædificando domum Dei hanc, et de substantiâ regis quæ est tributum trans flumen, festinanter reditus sit datus viris illis, ut non cessent. — 9. Et quod necessarium fuerit, et filii boum, et arietes, et agni in holocaustum sacerdotum, qui sunt in Jerusalem, dabuntur eis per singulos dies, ut non sit error. — 10. Ut offerant suffimenta Deo cœli, et orent pro vitâ regis, et pro filiis ejus. — 11. Et à me positum est decretum, quod omnis homo qui mutaverit verbum hoc, diruatur ligam è domo ejus, et erectum suspendatur in eo, et domus ejus sterquilinum fiat propter hoc. — 12. Deus autem qui habitare facit nomen suum ibi, dispiciet omnem regem et populum qui miserit manum suam ad mutandum et corrupendum domum Dei hanc, quæ est in Jerusalem. Ego Dariavus posui decretum, festinanter fiat. — 13. Tunc Tattenai dux eorum qui erant trans flumen, Setharbozenai, et socii eorum, secundum quod misit Dariavus rex, secundum hoc festinanter fecerunt. — 14. Seniores autem Jehudæorum ædificabant et prosperabantur, secundum prophetiam Chaggai propheta, et Zechariah filii Hildo, et ædificaverunt, et fundaverunt ex præcepto Dei Israel, et ex præcepto Chores, et Dariavus, et Artihachasthe regis Paras. — 15. Et perfecta est domus hæc usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Dariavus regis. — 16. Et fecerunt filii Israel sacerdotes, et Levitæ, et reliqui filii transmigratorum dedicationem domus Dei hujus cum gaudio. — 17. Et obtulerunt in dedicatione domus Dei hujus vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, et hircos caprarum pro peccato pro toto Israel duodecim, secundum numerum tribuum Israel. — 18. Et staterunt sacerdotes in divisionibus suis, et Levitæ in distinctionibus suis super opera Dei quæ erant in Jerusalem. — 19. Et fecerunt filii transmigratorum Pesach quartâ decimâ mensis primi. — 20. Purificati enim sunt sacerdotes et Levitæ tanquam unus, cuncti ipsi mundi, et immolaverunt Pesach pro omnibus filiis transmigratorum, et fratribus eorum sacerdotibus, et seipsis (sibi ipsis). — 21. Et comederunt filii Israel qui reversi erant de transmigratore, et omnis qui se separaverat à coinquinatore gentium terræ ad eos, ut quærerent Dominum Deum Israel. — 22. Et fecerunt solemnitate infermentorum septem diebus cum lætitiâ, quia lætificaverat eos Dominus, et converti fecerat cor regis Assur ad eos, ad confortandum eos in opere domus Dei Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — POSUIT PRÆCEPTUM, SUB., ut requirerent, an ita res haberet. IN DOMO LIBRORUM THESAURORUM, id est, in bibliothecâ ubi thesaurus reponerent, vel reponere solebant, sub., et non invenerunt illie. Deinde perquisierunt in aliis regionibus. Postea sequitur proximo versu: *Et inventum est, etc.* Olim duplices fuerunt bibliothecæ; aliæ erant in quibus reservabantur libri qui spectabant ad eruditionem; aliæ vero in quibus reponere solebant libros qui pertinebant ad rem nummariam: etiam alii sunt libri rationum, et alii

libri sapientiæ ac philosophiæ. Hic autem loquitur de libris rationum, et ultimo versu præcedentis capituli (1).

(1) VERS. 1. — RECESSERUNT IN BIBLIOTHECA LIBRORUM, QUI ERANT REPOSITI IN BABYLONE. Textus legit: *Quæsierunt in domo librorum, ubi quæ reposita in Babylone.* Ubi gaze, ubi pariter erant publicæ tabulæ, ut uno eodemque in loco essent tabularum et thesaurus. Arabs fert solum: *Cum inspectum fuisset in archinis regni, quæ erant in terrâ Babyloniæ.* Accuratâ perquisitione prius investigata fuisset creduntur tabularia Babyloniæ; et cum frustra id cederet, Ecbatani in Mediâ, quò

VERS. 2. — IN SCRINIO, etc., a. v., in *Achmetha*, quo nomine multi intelligunt *Ecbatana*, ubi Persarum reges æstivam habebant stationem. In *Madai*, id est, Mediâ. Et sic, vel, *hujusmodi*, vel, *tale*. MEMORIALE. Commentarium intelligit (1).

facile translato fuerant tabulæ rerum sub Cyro gestarum, perquisitum esse. Narratur hæc versiculo sequenti. Maluit alii, *Babylone* hic poni pro regno, non pro ejusdem nominis urbe; statimque investigata fuisse tabularia Ecbatani, Mediæ urbe, regni Babyloniæ, ubi publica erant imperii tabularia. Denique arbitrantur quidam, narrari in sequenti versiculo, inventas esse litteras Cyri et commentarios qui quærebantur, in pluteo epigraphon præferentem *Ecbatana in Mediâ*. Sed quid esse poterat affinitas Hierosolymam Judæamque inter, et Ecbatana Mediæ, ut sub eo titulo res ad Hierosolymam et templum pertinentes continerentur? (Calmet.)

(1) VERS. 2. — INVENTUM EST IN ECBATANI, QUOD EST CASTRUM IN MEBENA PROVINCIA. Textus ad litteram: *Inventum est in Achmethâ in castro* (vel palatio) *quod in Mediâ*. Ecbatana condidit Dejoeces Medorum rex primus; Phraortes auxit multivique, ut in primum caput Judith annotabimus. Cœli illius temperies alliciebat reges Persidis, ut æstivos calores ibi transigerent. Interpretum plures vertunt: *Inventum est in pluteo*, vel in armario *palatii, ubi erat inscriptio Mediæ*. Septuaginta editionis Romanæ: *Inventum est in urbe Amathâ*, etc. Urben hanc Arabs vocat *Athanam*; Syrus *Almathanam*. Hebræus: *Acmethan*, quæ vox redditur à nonnullis *lagenâ*, vel *scrinium* scripturarum. *Inventum est in scrinio, in castro quod est in Mediâ*. De Ecbatani Vid. Iter Moschov. tom. 4, pag. 549. (Calmet.)

« Le premier livre d'Esdras, dit Voltaire, raconte qu'on trouva dans Ecbatane un mémoire dans lequel étaient écrits ces mots: « La première année du roi Cyrus, le roi Cyrus a ordonné que la maison de Dieu qui est à Jérusalem fût rebâtie pour lui offrir des hosties. Si les Juifs avaient le diplôme de Cyrus donné à Babylone, pourquoi en chercher un autre dans Ecbatane? » Les Juifs ne pouvaient-ils pas avoir des raisons très-fortes pour ne point se dessaisir de l'exemplaire de l'édit qui avait été délivré à Zorobabel, et surtout pour ne pas le confier à ceux qui leur suscitaient des oppositions et des traverses à la cour de Perse? »

« Pourquoi en aller chercher un autre dans Ecbatane? » C'est qu'au temps de Darius, fils d'Hystaspe, les archives des rois de Perse et des Mèdes étaient conservées à Ecbatane, capitale de la Médie, où elles avaient été transférées lorsque ces rois y allèrent résider. Le critique ignorait-il que, selon Hérodote, Babylone se révolta au commencement du règne de Darius, qui la fit démanteler après l'avoir prise d'assaut? Il était bien naturel que les rois de Perse ne confiaient pas leurs personnes et des archives à des sujets si portés à la ré-

VERS. 5. — POSUIT, vel, *fecit*. DOMUS, SUB., inquam, *ædificaretur*. Alii incipiunt decretum hoc modo: *Domus Dei, quæ est in Jerusalem, domus, inquam, ædificetur, vel ædificabitur. Quæ est locus in quo immolant, vel, quæ erit locus in quo immolabunt hostias. PARIETES EJUS COLLIGARENTUR*. Scilicet tignis et trabibus, Alii legunt: *Fundamenta ejus contingantur, vel, contingentur*. Alii: *Fundamenta ejus sint portantiâ*, id est, firma, ut possint portare materiam superstruendam. ALTITUDO EJUS CUBITORUM SEXAGINTA, etc., sub. ad summum. Concessio est, non imperium. Item dici potest de *latitudine*. Multi per *latitudinem* hic intelligunt *longitudinem*. Pro *est latitudo*, multi vertunt, *amplitudo ejus* (1).

volte qu'ils commencèrent à renuer, selon le même Hérodote, pendant l'usurpation du mage auquel Darius succéda. Peut-être aussi que le trésor et les registres avaient été transportés de Babylone à Ecbatane dès la fin du règne de Cyrus qui y passa, selon Xénophon, deux mois pendant chaque année. Le premier livre d'Esdras fait foi que ce fut dans la *forteresse d'Ecbatane* qu'on trouva le registre qui avait été ci-devant à Babylone, et qui contenait l'édit pour le rétablissement du temple de Jérusalem.

« Que veut dire la première année du règne de Cyrus? Il régna dans Ecbatane avant de prendre Babylone. Il ne pouvait rien ordonner concernant les Juifs esclaves à Babylone lorsqu'il n'était roi que des Mèdes. Il y a ici une contradiction palpable. »

Il n'y a rien ici de palpable que l'ignorance et la mauvaise foi du critique. La première année du règne de Cyrus à Babylone est, selon tous les écrivains, la vingt-unième de son règne sur les Perses. C'est du règne de Cyrus à Babylone qu'Esdras date, ainsi que Xénophon et le canon de Ptolémée. C'est à Babylone que fut donné l'édit en faveur des Juifs. Le registre qui en faisait mention se trouve 20 ans après à Ecbatane, où les archives avaient été transportées: y a-t-il là, nous ne disons pas contradiction palpable, mais même la plus légère ombre de dilucide? (Duclot.)

(1) VERS. 5. — UT PONANT FUNDAMENTA SUPPORTANTIUM ALTITUDINEM CUBITORUM SEXAGINTA, ET LATITUDINEM CUBITORUM SEXAGINTA. Legit Grecus: *Rex Cyrus posuit decretum de domo sacrâ Dei, ubi sacrificet igne perpetuo. Et posuit elevationem cubitorum sexaginta*. Nihil ibi de fundamentis, neque in Syriaco et Arabico; sed apud Chaldaeum, qui archetypus est, dicitur exprimitur. Templum hoc à Zorobabele conditum, magnificentissimum et opibus inferius, altitudine vero et latitudine superius erat Salomonico, quippe quod porrigeretur etiam Salomonico, quippe quod porrigeretur cum Salomonico ipsa sut mole non excederet viginti, triginta vero altitudinis haberet. Centum altitudinis cubitos, totidemque latitudinis templo Domini tribuunt Rabbinii, quorum

VERS. 4. — PARIETES, EX LAPIDEIS... TRES, vel, ordines, sub. parietum sint, vel erunt ex, etc. Vide quæ notavimus ad 1 Reg. 6, 36. E lignis novis, vel, recentibus. In libro Regum, à tabulis cedrinis. Et sumptus, q. d.: Permittit ut templum Jerosolymitanum instaretur, id que sumptu proprio. Nempe dari jussit ligna, etc., forsan et aliquam pecuniam summam; cætera Judæi persolverunt, 1 Esd. 3, 7 (1).

VERS. 5. — REDDANT, vel, restituant, sub. ministri ac servi regis. Et vadant, vel, et eant, et proficiantur; sub. vasa illa, id est, referantur. Et descendere facias. Mutat personam, et convertit sermonem suum ad Zorobabelem, quem vocavit supra Sesbasar. Deponas, inquit, omnia illa (2).

VERS. 6. — NUNC TATTENAT. Hinc usque decretum Cyri. Sequuntur Darii verba ad prius decretum adjuncta. Dux, id est, prorex. APHARSACHAI, id est, Apharsachei. LONGIQUI ESTOTE INDE, id est, procul recedite à Jerusalem ubi instauratur templum Dei: nolite esse impedimento iis qui instaurant illud (3).

si fidem admittamus, hæc profectio dimensiones templi ad Herodo restitutum indicabant, majus utique et amplius quam Salomonium et Zorobabilem. Hæc certè mensurâ constructurum illi alas templo contiguas, perpetuambitu circa Sanctum et Sanctuarium ductas. Eadem planè complexione intelligendi sunt sexaginta cubiti latitudinis templi Zorobabilei. Josepho moles est centum cubitorum altitudinis, et sexaginta latitudinis; sed juxta dimensiones in Regibus et in Ezechiele recitatas, duos vel omnino quatuor et quinquaginta cubitos latitudinis et sexaginta novem longitudinis non superabat, ipsi etiam ædificati atque alii, templo adherentibus, comprehensis, uti superius animadvertimus est. (Calmet.)

(1) VERS. 4. — ORDINES DE LAPIDEIS IMPOLITIS TRES, ET SIG ORDINES DE LIGNIS NOVIS. In templo Salomonico erant tres ordines lapidum politiorum, et unus ligni cedrini.

SUMPTUS DE DOMO REGIS DABUNTUR. Ex iis quæ supra narratur, collata fuisse à Cyro tota pecunia, sacro ædificio necessaria, non videtur. Jusserat enim tantummodo suppeditari cedrum è Libano, eamque Joppen usque deferri: sed opificibus mercedem et annonam Hebræi sufficiebant. Sumptus igitur à Cyro præstiti, annuum solummodo pensionem ab illo in usum ædificii datam, vel sumptus ad holocaustum quotidianum, significant. (Calmet.)

(2) VERS. 5. — POSTA SUNT IN TEMPO, id est, ponenda sunt in templo ædificando. Septuag., ut ponantur. Melius, propriè, *postita sunt in templo*, id est, in gazophylacio templi; ut dixi c. 5, 45. Narrat enim Darius edictum Cyri jam esse expletum. Cyrus enim præceperat vasa reponi in templo; Darius jam narrat esse reposita, juxta ejus præceptum. (Corn. à Lap.)

(3) VERS. 6, 7. — *Maintenant donc, vous, Tha-*

VERS. 7. — DIMITTITE UT FIAT DOMUS, vel, *sinite opus domus*, id est, ut fiat ac perficiatur templum hoc Dei. A dece, vel, *ducem*, etc. Subandi verbum præcedens, dimittite, vel sinite.

VERS. 8. — QUOD FACIETIS, id est, quod vobis vos facere. Et DE SUBSTANTIA, id est, nempo ut de opibus, facultatibus, etc. Declarat seipsum cum mox dicit: *Quæ est tributum. QUÆ EST TRIBUTUM TRANS FLUMEN*. Alii, *De tributo regionis quæ est ultra flumen*, id est, quod solvere solent qui habitant ultra Euphratem. Ur non cessent, vel, *ut non faciant cessare*; sub. eos qui ædificant templum, id est, ne efficiant ut intermittatur instauratio templi (1).

thanaï, chef du pays qui est au-delà du fleuve.... retirez-vous loin des Juifs, et n'empêchez point le chef et les anciens des Juifs de travailler au temple de Dieu, et de bâtir sa maison au lieu même où elle était. Darius, roi des Perses, ayant fait chercher l'ordonnance de Cyrus touchant le temple de Jérusalem, la trouva dans ses archives, telle que la sainte Ecriture l'a rapportée en ce lieu, et il déclare présentement quelle était sa volonté sur ce sujet. Il mande donc à ses officiers qui demeuraient au-delà de l'Euphrate, à l'égard de la Judée, et qui l'avaient consulté sur le temple de Jérusalem qu'on réédifiait: *Retirez-vous loin des Juifs, c'est-à-dire, laissez les en paix achever l'ouvrage qu'ils ont commencé; car c'est le temple de Dieu; et je ratifie le pouvoir que le roi Cyrus leur a donné, de rebâtir cette maison du Seigneur au même lieu où elle a été.*

On ne sait ce qui nous doit étonner le plus, ou le zèle que ces princes témoignaient pour la réparation d'un temple qu'ils nommaient absolument le temple de Dieu, ou l'indifférence qu'ils faisaient paraître pour rendre à celui dont ils attestaient publiquement la divinité, le culte qu'ils lui devaient. Mais si c'était, d'une part, une preuve très-funeste de l'aveuglement de ces mêmes princes, qui se rendaient, comme dit S. Paul, inexcusables, en retenant la vérité de Dieu dans l'injustice, et en transfrant toujours aux créatures l'honneur qui n'est dû qu'à Dieu; c'était aussi, d'une autre part, une très-forte conviction de la vertu toute puissante de ce même Dieu, qui remuait invisiblement leur cœur, et qui les faisait agir pour sa gloire malgré leur aveuglement, par un effet de cette autorité infaillible qu'il a sur les hommes, pour exécuter ses ordres divers par ceux mêmes qui en paraissent les plus éloignés. (Sacy.)

(1) VERS. 8. — A ME PRÆCEPTUM EST QUID OPERATUR FIERT. Septuaginta: *A me decretum positum est, ne quid faciatis cum senioribus Judæorum*. Syrus: *A me latum est hoc decretum. Cavete igitur, ne impediatis Judæos, etc.* Arabs: *Mandato decerno ego, ut ne quam molestiam inferatis senioribus Judæorum*. Hi textus Hebræi sententiam ita acceperunt: *Ita à me constitutum est: ut quid res erit vobis cum senioribus Judæorum? Ne quid molestiæ illis inferatis, ne quid cum illis rei habeatis, volo.* (Calmet.)

VERS. 9. — ET QUOD NECESSARIUM, etc. Aliquid subaudiendum, sic: Et à me factum est, inquam, decretum, ut id quod, etc. ET FIAT DOMUS, et arietes, et agni, etc. Solebant enim hæc omnia adhiberi et commiseri sacrificiis, oblationibus et libaminibus (1).

VERS. 10. — SUFFIMENTA, id est, odores suavissimos et fragrantissimos (2).

VERS. 11. — VERBUM HOC, id est, hoc meum decretum, vel constitutionem. DIRUATUR LIGNUM, id est, diruendo extrahantur ligna. ET ERIGATUR, etc., id est, et in eo ligno quod remanserit in domo suâ rectum, sive erectum delectur, id est, perdat, hoc est, suspendatur. STERQUILLIUM FIAT PROPTER HOC, id est, sit tanquam sterquilinum, hoc est, prosus destruat, quod contraveniret huic meo edicto. Mos erat Persarum, de damnati domo lignum sumere, de quo suspenderetur. Grot. Alii loco, et erectum, etc., vertunt: *Et erectus cavetur in eo*, sub. flagellis. Alii: *Lignum elevatum percutiatur super ipsam*, id est, palus transadigatur à natibus ad caput ejus (3).

(1) VERS. 9. — NE SIT IN ALIQUO QUERIMONIA. Textus: *Ne in aliquo erret*. Sufficiantur omnia integrâ fide, ut nihil desit. Alii: *Absque mord, quanto gâlis*.

(2) VERS. 10. — ET OFFERTANT OBATIONES. Dno, etc. Ex quo patet, quod iste rex habebat fidem unius veri Dei, nec tenebatur ad legem Mosaicam, cum esset gentilis, ut frequenter dictum est. Sufficiebat enim gentilibus ad salutem, credere unum Deum providentem salutem hominum, per modum sibi congruum, et in hoc articulo providentiæ continetur totum Christi mysterium implicite. (Lyranus.)

(3) VERS. 11, 12. — *Nous ordonnons que si quelque un, de quelque qualité qu'il soit, contrevient à cet édit, on tire une pièce de bois de sa maison, qu'on la plante en terre, qu'on l'y attache.... Que le Dieu qui a établi son nom en ce lieu-là, dissipe tous les royaumes, etc.* Peut-on croire que ce soit un infidèle qui parle si fortement pour la gloire du vrai Dieu? Mais qui en sera surpris, lorsqu'on se souvient que Balaam, ce devin, ce magicien, ce vendeur de prédictions, ce prophète du démon et cet homme très-méchant, comme l'appellent les anciens, n'a pas laissé de servir à Dieu de ministre pour bénir son peuple, quoique Balaam, roi des Moabites, l'eût mandé exprès pour le maudire: *Pourrais-je dire autre chose, s'écria-t-il, en parlant à ce même prince, que ce que le Seigneur m'aura commandé?* Il parlait donc, parce que Dieu même le faisait parler, comme il mit aussi la parole dans la bouche de l'ânesse même qui le portait, pour lui reprocher sa cruauté. C'est ainsi, sans doute, que ces rois païens dont nous parlons, se déclarèrent alors en faveur des Juifs, et qu'ils ordonnèrent que le temple du vrai Dieu fût rebâti, même à leurs propres dépens, quoiqu'ils demeurassent, comme Balaam, toujours attachés à leurs damnable superstitions.

VERS. 12. — DISSIPET, vel, *deiciat*, sub. in terram. AD MUTANDUM, sub. huc meum decretum. FESTINANTER, sive, *celeriter*, id est, diligerenter et exactè.

VERS. 13. — SECUNDUM QUOD MISIT, etc. vel, *miserat*, sub. per epistolam.

VERS. 14. — SECUNDUM PROPHETIAM CHAGGAI, etc. Per quos scilicet Dominus jusserat ac mandaverat, ut instaurarent templum. FILII, id est, nepotus. FUNDABUNT, vel, *perfecerunt*. CHORES, etc., id est, Cyri, Darii et Artaxerxis regis Persarum. Dicitur hunc Artaxerxem fuisse filium Darii, et tempore ejus absoluta fuisse quæcumque pertinebant ad ornatum templi. Etsi tunc solus Darius Judeis favebat, Cyrus tamen per repetitionem, et Artaxerxes Longimanus, qui post Xerxem Darii successorem regnavit, per occupationem recesserunt. Edictum Cyri datum est anno mundi 3469; confirmatum est à Dario anno mundi 3485; ampliatum ab Artaxerxe Longimano, anno 3537, quo misit Esdras; anno vero 3530, ab eodem rege missus est Jerosolymam Nehemias. Vide annot. sup. ad v. 7, cap. 4 (1).

Il n'y avait que Dieu seul qui pût lui mettre en la bouche ces paroles foudroyantes, par lesquelles il témoignait sonhaiter que le Dieu qui avait établi son nom dans Jérusalem, c'est-à-dire, qui s'y était fait connaître et adorer, dissipât tous les royaumes, et exterminât tous les peuples qui entreprendraient de ruiner le temple qu'il y avait. Car un tel souhait supposait la toute-puissance de ce Dieu, et la sainteté de sa religion, que ce prince néanmoins ne pouvait connaître qu'autant que la conjonction présente de l'état des Juifs, et l'accomplissement nécessaire des ordres de Dieu, demandaient qu'il en eût la connaissance, pour y contribuer par l'autorité que lui-même avait mise entre ses mains. (Sacy.)

(1) VERS. 14. — *ÆDIFICABUNT, etc.* ruente CYRO ET DARIO ET ARTAXERXE. Hoc referunt ad ædificationem templi in se, puta Sancti et Sancti sanctorum; hæc enim perfecta est anno sexto Darii, v. 15, sed ad consummationem artaxerxi et ornamentum templi, et ad prosperitatem oblationum, donorum et celebratum templi; hæc enim perfecta est sub Artaxerxe. Rursus templi fabrica consummata fuit sub Dario, urbis vero Jerusalem sub Artaxerxe.

Quæres quis fuit hic Artaxerxes, de quo hic et c. 7 et seq. Nonnulli putant esse Xerxem; hic enim fuit Darii Hytaspis filius, eique in regno successit. Neque enim appareret ratio cur Esdras omiserit Xerxem, et per saltum à Dario avo transiit ad nepotem Artaxerxem Longimanum, præsertim cum celeberrimus fuerit hic Xerxes, utopie qui undecies centena millia militum duxit in aciem contra Græcos, ac copis suis terras, classibus maria stravit, ideoque prius fuit terror Græciæ, sed mox Indubrium, cum victus penè solus fugere coactus

VERS. 15. — ET PERFECTA EST DOMUS HÆC USQUE AD DIEM TERTIUM MENSIS ADAR, QUI EST ANNI SEXTUS, etc. Completa est igitur edificatio templi anni mundi 3489, ante viginti annos sub Cyro inchoata. Igitur quod dicunt Judei Joan. 11, 20, *quadragesima et sex annis edificatum est templum hoc, aut verum non est, aut de templo à Zorobabele extracto non præcisè, sed forsàn de omni tempore insumpto ad edificandum templum secundum à Zorobabele, simul et à summo sacerdote Simone, Ecoll. 51, 2; à Machabeis, 1, Mach. 4, 56, et ab Herode magno accipiendum est, ADAR est mensis duodecimus qui respondet partim nostro februario, partim martio. Qui, sub. annus (1).*

est. Unde Xerxes speciatim descripsit Daniel c. 11, 4. Adde, Xerxes optime in Judæos fuit affectus, ut narrat Josephus lib. 11 Antiq. c. 5; quare videtur ipse fabricam templi promovisse. Denique Esdras, jam plane grandævus et senex, non videtur post tempora Xerxis idoneus fuisse tam ardue legationi in Jerusalem, de qua c. 7, v. 8. Unde Josephus ait Esdram senem sub Xerxe vitam sanctam non multò post reformatam tempus. Quocirca in hæc reformationem clauditur hic liber gestorum Esdræ. Verum alii passim probabilius censent Artaxerxem hunc esse Longimanum Xerxis filium, primò quia non Xerxes, sed Longimanus propriè ab omnibus historicis vocatur Artaxerxes, secundò idem liquet ex continuatione hujus historie cum historia Nehemie, qua olim unus erat liber cum hoc Esdræ. Nam qui hic dicitur Artaxerxes, et qui, c. 7, anno septimo regni sui misit Esdram in Jerusalem, idem Nehemie c. 2, v. 1, dicitur eodem misisse Nehemiam anno regni sui vigesimo. Ille autem qui misit Nehemiam, fuit Longimanus, ut ibi patebit. Causa cur Esdras Xerxem omiserit, est quòd ille totus occupatus bello Græco, non cogitavit de Judæis et templo, nec quid opis ad hoc eis contulerit. Porrò Josephus confundit Xerxem cum Artaxerxe, nam Xerxi dat 28 annos, cum constet eum nonnisi viginti annos regnasse: quare cæteri octo anni dandi sunt Artaxerxi. Causa cur Artaxerxes tam benevolus fuerit Judæis, fuit Esther, quam multi putant ejus fuisse uxorem, ideoque ab eo suspensus fuit Aman, Mardochæus verò exaltatus. (Corn. à Lap.)

(1) Petes, quomodo dicatur hic, Judæos complevisse domum Dei anno sexto regni Darii regis, cum versu præcedenti dicantur fidem edificasse non modo jubente Darii, sed et Artaxerxe Longimano rege Persarum quinto? — Respondet: Sub Artaxerxe non templum edificatum, sed urbem Jerosolymitanam, sub Darii verò compleverunt fabricam templi; et hoc quidem anno regni ejus sexto compleverunt. Sanctuarium et Sanctum sanctorum (quod propriè templum vocatur), sed non nisi ad altitudinem 60 cubitorum, ut hic insinuat versu 3, cum Salomonis templum fuisset duplò altius, ut dixi 3 Reg. 6. Porrò in atribus et portibus instaurantis alio integro triennio occupati fuerunt: nam, teste Josepho

16. TRANSMIGRATIONIS, id est, qui de transmigrazione redierant (1).

VERS. 17. — HINCOS CAPRARUM, sub. filios. PRO PECCATO, id est, in sacrificium pro peccato (2).

VERS. 18. — IN DIVISIONIBUS SUIS, id est, juxta classes suas. Fecerunt ex sacerdotibus diversas classes, juxta quas vicissim rem sacram agent. Deo in templo. Similiter et ex Levitis, ut ipsi per vices suas ministrarent. SUPER OPERA DEI, vel, in ministerio Dei.

VERS. 19. — QUARTA DECIMA, sub. die (3).

VERS. 20. — TANQUAM UNUS, vel pariter, id est, omnes (4). PESACH, id est, agnum paschalem.

VERS. 21. — ET OMNIS QUI SE SEPARAVERAT, etc.,

protracta fuit ea fabrica usque ad annum nonum Darii. (Tirinus.)

(1) VERS. 16. — FILII ISRAEL, id est, Judei et Benjaminitæ, aliquæ fortè ex tribubus aliis. Hi per synecdochen totius nomine notantur. FILIORUM TRANSMIGRATIONIS. Asperam eorum fortunam memorat, ut unde essent erepti, et quem in locum restituti, meminissent. DEDICATIONEM, institutionem, renovationem, hoc est, hanc ædem cultui Dei et religionis officii dedicant, ut deinceps semper esset eisdem ususque dedicata, et à reliquis usibus segregata; idque adhibitus ritibus ac cæremoniis divinitus institutus. (Wolphius.)

(2) VERS. 18. — ET STATUERUNT SACERDOTES, etc. Hunc ordinem, qui cum reliquis corruptus atque confusus fuerat, emendare aggregantur, et in integrum restituere. Tempora meliora meliores postulant mores. (Synopsis.)

PRO PECCATO TOTIUS ISRAEL DUODECIM. — Etsi enim decem tribus abductæ essent, nonnullos tamen ex plebe remansisse tam ex hoc loco colligitur, quam ex 2 Par. 30, 4, 5, 40, 41, et 34, 7, 9, et 33, 3, 17, et Esd. 8, 33, Act. 26, 7. (Bochartus.)

PRO PECCATO ISRAEL. Sic in dedicatione primi altaris Numi. 7, 87, legitur immolatos hircos duodecim pro peccato. De sacrificio pro peccato populi, vide Riberam de Templo lib. 4, cap. 6. (Menochius.)

(3) VERS. 19. — Fecerunt. PASCHA. Nunc primum, ut videtur, quia nec tempus pacatum erat, nec locus satis capax tantæ multitudinis, etc., nec purificarentur, etc., ut sequitur in vers. 20. (Sanctius.)

Fecerunt autem filii Israel, id est, filii Israel qui venerant de transmigrazione.

PASCHA QUARTA DECIMA, secundum quod præcipitur Exod. 12. (Lyranus.)

(4) VERS. 20. — QUASI UNUS, non minore scilicet curâ ac diligentia, quam si unus ædificasset duntaxat fuisset purificandus. (Menochius.)

QUASI UNUS. Quidam connectunt cum sequentibus. Erantque pariter omnes puri. (Munsterus.) FILII TRANSMIGRATIONIS, etc.; qui nimirum ipsi mactassent, si fuissent æque mundi. (Bochartus.)

id est, qui de infidelitate gentium conversi erant ad fidem: hoc est, proselyti.

VERS. 22. — ET CONVERTI Fecerat. Hebraismus, id est, quòd reddidisset illum eis propitium, qui antea erat animo infenso in eos. Meminit hic regis Assyriorum, quòd turc qui rex erat Persarum, erat etiam rex Assyriorum: at rex Assyriorum abduxerat decem tribus captivas (1). Ad CONFORTANDUM EOS, ad verbum.

(1) ET CONVERTERAT COR REGIS ASSUR, sive Assyrie. Superior tractus regni Persici, qui ad mare Caspium, Assyria; interior, qui ad Rubrum mare vel sinum Persicum pertinebat, dicebatur Persis. Porrò, Darius communicato regno cum Artaxerxe filio, citeriores ac meridiana regni partes et commiserat, sibi verò interiores et boreales, sive superiores, regendas assumpserat, utpote sibi magis exploratas; quomobrem rex Assyrie hoc loco appellatur. Illius autem hic fit mentio, quòd hæc altera

CAPUT VII.

1. Post hæc autem verba, in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraia, filii Azariae, filii Helciae,

2. Filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob, 3. Filii Amariae, filii Azariae, filii Maraioth.

4. Filii Zarahia, filii Ozi, filii Bocci, 5. Filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio.

6. Ipse Esdras ascendit de Babylone, et ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel, et dedit ei rex, secundum manum Domini Dei ejus super eum, omnem petitionem ejus.

7. Et ascenderunt de filiis Israel, et de filiis sacerdotum, et de filiis Levitarum, et de cantoribus, et de janitoribus, et de Nathineis, in Jerusalem, anno septimo Artaxerxis regis.

8. Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis.

9. Quia in primo die mensis primi coepit ascendere de Babylone, et in primo die mensis quinti venit in Jerusalem, juxta manum Dei sui bonam super se.

10. Esdras enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, et faceret et doceret in Israel præceptum et judicium.

11. Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus

ad roborandum manus eorum, id est, ut fortificaret eos.

pars Judæorum reducunt ex superiore illo tractu regni Persici profecta sit, quemadmodum ex inferiore tractu illius discesserant plurimum illos quos prius Zerubbabel reduxerat in Judæam. (Junius.)

REGIS ASSUR. Sic vocatur hic Persarum monarcha Darius: quia Assyriorum monarchia olim ut toto orbe escheterina, sic Judæis notissima erat, à qua toties vexati, ac demum etiam captivi abducti fuerant. Deinde, quia rex Persarum, uti alia Orientis regna, sic et Assyriam olim omnium dominam nunc suo subjectam habebat imperio, eratque et vocabatur non minùs rex Assyriorum, quam Chaldaeorum, Medorum, vel Persarum, ut solent potentiores monarchæ varios variorum regnorum, quibus imperant, titulos, nunc hos, nunc illos, nunc simul omnes usurpare. (Tirinus.)

Darius vocatur rex Assur, sicut rex Francie dicitur rex Navarrae. (Lyranus.)

CHAPITRE VII.

1. Après cela, sous le règne d'Artaxerxès Longue-Main, roi de Perse, Esdras, fils de Saraïas, fils d'Azarias, fils d'Helcias,

2. Fils de Sellum, fils de Sadoc, fils d'Achitob,

3. Fils d'Amarias, fils d'Azarias, fils de Maraioth,

4. Fils de Zarahias, fils d'Ozi, fils de Bocci,

5. Fils d'Abisue, fils de Phinéés, fils d'Éléazar, fils d'Aaron le premier pontife;

6. Esdras, dit-je, vint de Babylone; il était docteur, et fort habile dans la loi de Moïse, que le Seigneur Dieu avait donnée à Israël. Et le roi lui accorda tout ce qu'il lui avait demandé, parce que la main favorable du Seigneur son Dieu était sur lui.

7. Et plusieurs des enfants d'Israël, des enfants des prêtres, des enfants des Lévités, des chantres, des portiers et des Nathinéens, vinrent à Jérusalem en la septième année du roi Artaxerxès.

8. Et ils arrivèrent à Jérusalem au cinquième mois de la septième année de ce roi.

9. Il partit de Babylone le premier jour du premier mois, et arriva à Jérusalem le premier jour du cinquième mois, selon la main favorable de son Dieu sur lui;

10. Car Esdras avait préparé son cœur pour rechercher la loi du Seigneur, et pour exécuter et enseigner dans Israël ses préceptes et ses ordonnances.

11. Voici la copie de la lettre en forme d'édit que le roi Artaxerxès donna à Esdras, prêtre et docteur instruit dans les paroles et